Acta Apostolicae Sedis, **48 (1956) , p. 144.-145.**

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

INSTRUCTIO

AD ORDINARIOS OMNES NECNON AD MAGISTROS IN SEMINARIIS, IN ATHENAEIS, VEL IN STUDIORUM UNIVERSITATIBUS DOCENTES ET AD LECTORES IN STUDIORUM DOMIBUS RELIGIOSORUM:

DE «ETHICA SITUATIONIS»

Contra doctrinam moralem eiusque applicationem in Ecclesia catholica traditam multis in regionibus etiam inter catholicos spargi coepit systema ethicum quod plerumque nomine cuiusdam «Ethicae Situationis» venit, quamque dicunt non dependere a principiis ethicae obiectivae (quae ultimatim in «Esse» fundatur), sed cum ea non solum in eadem linea poni, sed eidem super ordinari.

VRHOVNA SVETA KONGREGACIJA SV. OFICIJA

INSTRUKCIJA

SVIM ORDINARIJIMA, KAO I UČITELJIMA U SJEMENIŠTIMA, VIŠIM ŠKOLAMA ILI ONIMA KOJI POUČAVAJU NA SVEUČILIŠTIMA I LEKTORIMA U REDOVNIČKIM UČILIŠTIMA:

O »ETICI SITUACIJE«

Protiv predanog moralnog nauka i njegove primjene u Katoličkoj Crkvi, u mnogim se zemljama, pa i među katolicima, počeo širiti etički sustav koji često dolazi pod nazivom nekakve »etike situacije«, a za koji kažu da ne ovisi o načelima objektivne etike (koja se konačno temelji na »Bitku«), već ne samo da se s njom stavlja na istu razinu, nego se stavlja iznad nje.

Auctores qui hoc systema sequuntur decisivam et ultimam agendi normam statuunt non esse ordinem obiectivum rectum, naturae lege determinatum et ex hac lege certo cognitum, sed intimum aliquod mentis uniuscuiusque individui iudicium ac lumen, quo ei in concreta situatione posito innotescit quid sibi agendum sit.

Autori, koji slijede ovaj sustav, smatraju da odlučujuća i konačna norma djelovanja nije ispravan objektivni red, koji je određen naravnim zakonom i koji se po tom zakonu može sigurno spoznati, nego neki unutarnji sud ili svjetlo uma svakog pojedinca, kojim u konkretnoj situaciji saznaje što treba učiniti.

Haec igitur hominis ultima decisio secundum eos non est, sicut ethica obiectiva apud auctores maioris momenti tradita docet, legis obiectivae ad particularem casum applicatio, attentis simul ac ponderatis, secundum regulas prudentiae, particularibus «situationis» adiunctis, sed immediatum illud internum lumen et iudicium.

Dakle, prema njihovu mišljenju, ova čovjekova konačna odluka nije - kao što naučava predana objektivna etika kod ozbiljnih autora, primjena objektivnog zakona na pojedinačni slučaj, uz istodobno promatranje i procjenjivanje, prema pravilima razboritosti, pojedinih okolnosti »situacije« - nego neposredno ovo unutarnje svjetlo i sud.

Hoc iudicium saltem multis in rebus ultimatim nulla norma obiectiva, extra hominem posita atque ab eius persuasione subiectiva independente, quoad suam obiectivam rectitudinem ac veritatem est mensuratum, neque mensurandum neque mensurabile, sed sibi ipsi plene sufficit.

Ovaj sud, barem u mnogim stvarima, nije konačno odmjeren ni prema jednoj objektivnoj normi, koja je postavljena izvan čovjeka i neovisna o njegovu subjektivnom uvjerenju, glede njegove objektivne ispravnosti i istinitosti, niti ga treba mjeriti, niti je mjerljiv, nego je sam sebi potpuno dostatan.

Secundum hos auctores «naturae humanae» conceptus traditionalis non sufficit, sed recurrendum est ad conceptum naturae humanae «exsistentis» qui quoad plurima non habet valorem obiectivum absolutum, sed relativum tantum ideoque mutabilem, exceptis fortasse illis paucis elementis atque principiis quae ad naturam humanam metaphysicam (absolutam et immutabilem) spectant.

Prema tim autorima, nije dovoljan tradicionalni koncept »ljudske naravi«, nego treba pribjeći konceptu »postojeće« ljudske naravi, koji u mnogo toga nema apsolutnu objektivnu vrijednost, nego samo relativnu, a zato i promjenjivu, osim možda onih malobrojnih elemenata i načela koja spadaju na metafizičku (apsolutnu i nepromjenjivu) ljudsku narav.

Eiusdem valoris tantum relativi est traditionalis conceptus «legis naturae». Perplura autem quae hodie circumferuntur tamquam legis naturae postulata absoluta, nituntur secundum eorum opinionem et doctrinam in dicto conceptu naturae exsistentis, ideoque non sunt nisi relativa et mutabilia atque omni semper situationi adaptari queunt.

Iste je tek relativne vrijednosti i tradicionalni koncept »naravnog zakona«. A mnoge stvari, koje se danas iznose kao apsolutni postulati naravnog zakona, prema njihovu mišljenju i nauku, oslanjaju se na spomenuti koncept postojeće naravi, pa su zato samo relativne i promjenjive, te se uvijek mogu prilagoditi situaciji.

Acceptis atque ad rem deductis his principiis, dicunt atque docent homines in sua quisque conscientia non imprimis secundum leges obiectivas, sed mediante lumine illo interno individuali secundum intuitionem personalem iudicantes, quid ipsis in praesenti situatione agendum sit, a multis conflictibus ethicis aliter insolubilibus praeservari vel facile liberari.

Prihvativši ova načela i primijenivši ih u stvarnosti, kažu i naučavaju da se ljudi, vodeći se u svojoj savjesti ne prvenstveno prema objektivnim zakonima, nego posredstvom onog individualnog unutarnjeg svjetla, sudeći prema osobnoj intuiciji o tome što trebaju učiniti u sadašnjoj situaciji, mogu očuvati ili lako osloboditi od brojnih etičkih prijepora, koji bi inače bili nerješivi.

Multa quae in huius «Ethicae Situationis» systemate statuuntur, rei veritati sanaeque rationis dictamini contraria sunt, relativismi et modernismi vestigia produnt, a doctrina catholica per saecula tradita longe aberrant. Variis systematibus Ethicae non catholicae in non paucis assertis affinia sunt.

Quibus perpensis, ad avertendum «Novae Moralis» periculum, de quo Summus Pontifex Pius Pp. XII in Allocutionibus diebus 23 Martii et 18 Aprilis 1952 [1] habitis locutus est, et ad doctrinae catholicae puritatem et securitatem tuendam, haec Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii interdicit et prohibet hanc «Ethicae Situationis» doctrinam, quovis nomine designetur, in Universitatibus, Athenaeis, Seminariis et religiosorum formationis domibus tradi vel approbari, aut in libris, dissertationibus, acroasibus seu, ut aiunt, conferentiis, vel quocumque alio modo propagari atque defendi.

Datum Romae, ex Aedibus S. S. Congregationis S. Officii, die 2 Februarii a. 1956.

SB I. Card. PIZZARDO,
Ep. Albanensis, Secretarius

Mnogo toga što se tvrdi u ovom sustavu »etike situacije« protivno je istini i pravilu zdravog razuma, odaje tragove relativizma i modernizma; daleko zastranjuje od katoličkog nauka predanog stoljećima. U mnogim je tvrdnjama blisko raznim sustavima nekatoličke etike.

Istraživši ove stvari, kako bi upozorila na opasnost »novog morala« o kojem je vrhovni svećenik papa Pio XII. govorio u alokucijama održanima na dane 23. ožujka i 18. travnja 1952. [1], te kako bi očuvala čistoću i sigurnost katoličkog nauka, ova Vrhovna sveta Kongregacija Svetog Oficija osuđuje i zabranjuje da se ovaj nauk »etike situacije«, bez obzira na to kojim se nazivom označava, predaje ili odobrava na sveučilištima, višim školama, sjemeništima i kućama za formaciju redovnika, ili u knjigama, raspravama, predavanjima, ili, kako kažu, konferencijama, ili da se na bilo koji drugi način širi ili brani.

Dano u Rimu, u dvoru Sv. Kongregacije Sv. Oficija, dana 2. veljače 1956.

J. kard. PIZZARDO,
biskup Albana, tajnik

---

[1] *Acta Apostolicae Sedis,* vol. XLIV (1952), p. 270 ss. et p. 413 ss.